

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

22. Rebecca

urn:nbn:de:bsz:31-105410

peregrinatione sedes incerta, in senectute cæcitas, Reditus filii Jacobi e Mesopotamia, cum nuribus piis, illi quidem solatium attulit, sed mox & propter nepotum flagitia affectus tristitia fuit: & propter orbitatem Rachelis, & raptum Josephi, vehementer doluit. A filiis suis duobus in patrio monumento conditur, anno ætatis centesimo & octogesimo. Hic typus electionis & salvationis proponitur a Paulo.

22. *REBECCA.*

Rebecca uxor Isaaci, multæ virtutis & formæ luculentæ virgo: domi obsequendo parentibus, & rem curando familiarem, vixit in timore Dei: juncta viro, cum fuisset annos viginti sterilis, mariti precibus & fide ardente prolem impetrat, unoque partu gemellos enititur. Divinum autem attente observans oraculum

culum, (gravida enim Dominum consuluerat) a natu majore filio primatum & benedictionem astu fraudulento avertit. Hæc matrona optima virum senem & cæcum curavit fideliter, filium periclitantem servavit pie, nurus acerbas longoculit tempore moderate, familiam copiosam gubernavit prudenter; suæ domus columen, & totius ecclesiæ lumen.

23. *ESAVVS.*

Esavus Isaaci filius, corpore pilosus & rufus, ideoqve Edom cognominatus: moribus truculentus & vehemens, studiis venator & agricola, victu luxuriosus & vorax. Patris animum simulatione ita sibi devinxit, ut ipsi esset carissimus. Rediens ex agro pulverulentus & fessus, primatum sacerdotii atqve regni, hominis profani & impuri animo vendit,

dit,
gurit
crymis
recipit.
odio,
conten
connu
ægrimo
aliam
filiam
tat su
fratre
neribu
dem
Char
ca m
gens
per i
parav
24.
Jo
Nach
Jud